



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Quinta. Beatam Virginem natam fuisse pulcherrimam omnium  
foeminarum, eiusque pulchritudinem libidinem eam intuentium extinxisse,  
Sanctorum Patrum monumentis, ac variis rationibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

HOMILIA V.

Beatam Virginem natam fuisse pulcherrimam omnium feminarum, eiusque pulchritudinem libidinem eam intuetium extinxisse, Sanctorum Patrum monumentis, ac varijs rationibus demonstramus; pariterque de fulgore vultus illius, capillorum colore, & corporis suauolentia differimus.



IDEBITUR fortasse alicui superuacaneum esse, commendatione B. Virginis a pulchritudine corporis petere, cum hanc diuina eloquia detestentur. Sancti Patres fugiendam admoneant, ac Philosophi antiqui non pauci contra illam preclara multa scripserint. Certe, si diuina eloquia consulimus, Ecclesiasticus dicit: *Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficile, & cum labore inuenies; & alibi: Ne circumspicias speciem alienam: propter speciem mulieris multi perierunt.* & ibidem: *Virginem ne circumspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.* Et prouerb. vltimo: *Fallax gratia, & vana est pulchritudo, vel, ut Hebraeus codex habet: Mendacium est gratia, & vanitas est pulchritudo.* Isaias etiam dicit: *Exortum est fenum, & cecidit flos, & decor vultus eius deperijt.* & Iob: *Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors; imo Deus execrari videtur pulchritudinem corporis, cum Thienorum 2. dicatur: Occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculo sive Sion.* His consonant, quae Patres dicunt: D. Chrysostomus ait: *Externa corporis pulchritudo plena est multa superbia, & arrogantia.* D. Augustinus libro 15. de Ciuitate Dei, vocat pulchritudinem, bonum mi-

Eccles. 13.

Eccles. 9.

Ibid.

Prouerb. 31.

Isai. 40.

Iob 15.

Thren. 2.

D. Chryl. ho. 20. ad Ephe.

D. Aug.

nimum: exponens enim verba illa: *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchre, au: deserto magno bono lapsus factus est ad bonum minimum:* D. Hieronymus mulierem pulchram vocat *malorum omnium caput:* D. Chrysologus, *sepulchri titulum;* nam sicut titulus lapidi insculptus solet indicare sub illo adesse sepulchrum, ita muliebris pulchritudo quasi quidam titulus est, qui instar Epitaphii indicat illam sepulchrum esse multorum, qui solo eius aspectu interierunt. Tertullianus tandem pulchram mulierem vocat, *Diaboli ianuam;* Mira etiam veteres illi gentiles in pulchritudinis vituperium scripsere; Iuuenalis dixit:

*Rara est concordia forma, atque pudicitia.*

& Ouidius:

*Fastus inest pulchris; sequitur superbia forma, cupit formosa videri:*

*Et si que est illic formosa, inuidet illi: simile est illud libri 1. de arte amandi:*

*Delectant etiam castas praecoxia formae.*

*ex quo factum est, ut Pallas, & Iuno, vt refert Virgilius, agere tulerint iudicium Paridis, iudicantis Deam Venerem pulchritudine Iunonem, & Palladem praecellere.*

*Manet alia mente repositum*

*Iudicium Paridis.*

Et Paulus Manutius in suis Adagijs refert, celebre fuisse apud antiquos prouerbium illud: *Ignis, Mare, Mulier, tria mala; ignis comburit, mare submergit, & suffocat, at pulchra mulier manus malum est: nam si ignem, & mare non contingas, non te laedunt, at femina pulchra solo aspectu, velut basiliscus, inficit, atque contaminat.* De fragilitate etiam, atque instabilitate muliebris pulchritudinis, non pauca tam iidem, quam alij Philosophi verissimè edixere Cic. ait: *forma dignitas, aut morbo deflorescit, aut vetustate exstinguatur.* Ouidius,

*Formam depopulabitur atque,*

*Et placidus regis vultus aratus erit.*

& alibi:

*Perisus*

Gen. 6.

D. Hier. sup. Eccles. 7. S. Per. Chry. solus ser. 77

Tertull. 1. 1. b. abin. ma. lie.

Iuuen. lib. 1.

Ouid. in 1. b. Fastu.

Ouid. lib. 1. b. arte amil.

Virg.

Paul. Man. in 1. Adag.

Cic.

Lib. de m. dicantur. faciti.

Forma bonum fragile est, quotcumq; accedit ad annos,  
Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo.

Et lib. 2. de arte amandi.  
Nulla non dies formosi corporis spoliis non abstulit.

Et Nemesius Egloga 4. similia dicit:  
Bonum forma breue est, nec te sibi commo-  
dat omnis.

Calphurnius in Bucolicis ait:  
Non hæc semper eris, perdunt & gramina  
flores.

Boëtius pro-  
sa. lib. 3. de  
consolat.  
velox, & vernalium florum mutabilitate fu-  
gacior; & ibidem: estimate hoc, quicumque  
miramini, triduanæ febris igniculo posse dis-  
solui; ac tandem ait: Si, ut Aristoteles dicit,

Aræto.  
lynceis oculis homines viderentur, ut eorum  
visus obstantia penetraret, nonne introspicere  
visceribus illud Alcibiadis superficie pulcher-  
rimum corpus, turpissimum videretur: igitur  
te pulchrum videri, non tua natura, sed oculo-  
rum spectantium reddit infirmitas. Petrarca  
etiam eleganter dicit: Cunctis ex qualitatibus,  
que mortali cum corpore fugiunt, nulla  
velocior, quam forma, que mox, ut amantum  
fosculum ostenderit, ipsos inter oculos miran-  
tium, atq; laudantium evanescit, & cum bre-  
uis hunc pruina percussit, leuis hunc aura  
decussit, subito, vel manus vique decerpi-  
tur, vel pretereuntis morbi calce deprimitur.

Petrarch. de  
rem. vi-  
vif. sortis.  
hæc ille: quod si innumera mala, quæ se-  
minarum pulchritudo peperit, commemo-  
randa forent, tempus potius, quam  
materia mihi diceret. quemadmodum  
enim piscator pisces, aucups aues: esca, sic  
Diabolus homines feminarum pulchri-  
tudine decipit. vnde D. Ambrosius dicit:  
Carnes, etiã volantes aquilas deponit. Aquila  
quidem erat Dauid, aquila Salomon,  
aquila Samson, aquila: multi alii mira  
sanctitate pollentes, quos tamen mulie-  
bris pulchritudo fecellit, ac in grauissi-  
morum peccatorum barathrum detulit.

D. Ambros.  
lib. de Virg.  
Noverat quidem Rex Balach hanc pul-  
chritudinis vim, & fortitudinẽ ad emol-  
liendos, & vincendos animos, cum de-  
bellaturus Israelitarum exercitum non

Mitros...  
strenuos, ac fortes milites, sed pulchras  
feminas instrui præcepit ex consilio Ba-  
laham, Origenes in hunc modum loquẽ-  
tem egregie introducit: Non virtute, in-  
quit, militum, sed mulierum decore pugnan-  
dum est; nec armatorum vigore, sed molli-  
tate feminarum; procul amove armatorum manũ,  
& electam congrega speciem puellarum, for-  
ma vincit armatos, ferrum pulchritudo capti-  
vat, vincuntur specie, qui non vincuntur præ-  
lio. hæc ille: vnde Publius Syrus dixit: Publi. Syr. id  
formosa species, muta commendatio: & Car-  
neades: Regnum absque satellitiis: cui con-  
sonat illud, quod Quintilianus, & Paul-  
nias commemorant de Atheniensi qua-  
dam matrona, mira pulchritudine insti-  
gnita, quæ in publico iudicio prodicens  
id, quod eloquentissimus orator Isperide  
sermonis sui venustate, & elegantia ei  
obtinere non potuerat, illa vultus sui pul-  
chritudine, ac miro decore à iudicibus  
extorsit: vnde extat dictum Aristotelicũ,  
Laërtio id referente: Pulchritudo quamvis  
epistola efficacior ad commendationẽ; & Theo-  
phrastus Aristotelis discipulus vocabat  
pulchritudinem, silentem fraudem. ad quæ  
verba videntur alluisse alia Imperatoris  
in l. i. ff. de restitut. in integ. ubi ait: vir-  
litas huius tituli non eget commendatione: ip-  
sa enim se ostendit. Socrates denique crude-  
lem tyrannum illam vocabat.

Orige. homi.  
20. in Num.  
Publi. Syr. id  
referente.  
Laert. Mis-  
selli in vita  
B. Virg. lib.  
7. cap. 3.  
Quintil. lib.  
2. c. 16.  
Pausan. li. 1.  
Laert. lib. 5.  
de vita Phi-  
losof.  
Apud Laur.  
Massili ubi  
in l. i. ff. de  
restitut. in  
integ. ubi ait:  
vir-  
litas huius  
tituli non  
 eget  
commendatione:  
 ipsa  
 enim  
 se  
 ostendit.  
 Socrates.  
Verum tamen si pulchritudo humani  
corporis fugax, ac labile quoddam bonũ  
sit, Dei tamen donum est, ut docuit D.  
Chrysost. in Psalm 50. necnon & D. Au-  
gust. his verbis: Pulchritudo Dei donum est,  
sed propterea id largitur etiam malis, ne  
magnum bonum videatur bonis. Hinc Plato  
inter bona corporalia quandoque vult  
primum locum tenere sanitatem, quan-  
doque pulchritudinem, illamque voca-  
bat: maxime omnium amabilem, & naturæ  
privilegium, quia paucis conceditur, ut re-  
fert Andreas Eborensis. & Stobæus te-  
statur Dyonem pythagoricum dixisse:  
pulchritudinem ad teuerentiam cum ad-  
miratione coniunctam, animum excita-  
re; verba Pythagoræ sunt hæc: pulchritu-  
do re-

D. Chrys. in  
Psalm 50.  
D. Aug. l. 15.  
de Ciuit. Dei  
cap. 22.  
Plato lib. 2.  
& 6. de Re-  
pub.  
And. Ebor.  
c. de pulchr.  
Stobæus  
serm. 63.  
Pythagor. in  
suis docuit  
do re-



de reuera sibi videtur quid reuerendum & admirabile dignum. De Aristotele etiam fertur, quod interrogatus, quid causæ esset, quod facilius, & libentius cum illis confabulamur, qui pulchriores sunt? respondit, interrogacionem hanc hominis cæci esse, quem pulchritudo non allicit, illud tamen super omnia pulchritudinis excellentiam commendat, quod d. Ambrosius dixit: *species corporis, simulachrum est mentis, figuraque probitatis.* Hinc Euripides apud Porphyrium dixit: *Priami species digna est imperio.* hinc Ius ciuile vult, teste Baldo & Tiraquello, quod si duo æqualibus suffragiis ad dignitatem Reſtoris sint electi, dignitas illa non deformi, sed pulchro; quod si vterque pulcher, pulchriori detur: id non alia ratione iura determinant, nisi quia externa pulchritudo bonæ indolis iudicium esse solet. atque huc facit illud, quod Laërtius adducit de Diogene, qui videns decorum adolescentem indecorè loquentem, dixit ei: *Non erubescis ex eburna vagina plumbeum educere gladium?* reuera quemadmodum præclarum ensẽ præclara vagina, ita pulchrum animum pulchrum corpus decet; est enim corpus, iuxta phrasim sacræ Scripturæ, vagina animæ, vbi enim Vulgata nostra in Genesi legit: *Non permanebit spiritus meus in homine,* Pagninus vertit: *non erit in vagina spiritus meus.* E contra verò d. Gregorius, & Hieronymus, quod & habetur distinct. 49. cap. hinc enim, dicunt corporis maculas esse symbolum vitiorum, cui consonat illud Galeni: *Natura membra componit, prout moribus animæ conuenit.* ille etiam alter famosus medicus Rasis, cuius facies, inquit, *est deformis, vix potest habere bonos mores.* quæ omnia his carminibus acutè, & eleganter conclusit Martialis:

Laert. de  
Diog.

Genes. 6.

Pagnin. in  
Genes.

D. Gregor.

Hieron.

sup. Leuit.

c. 22.

Cap. hinc  
enim dist.

49.

Galen. li. 2.

de temper.

c. 6. & lib. 1.

& 2. de usu  
partium.

Rasis lib. 2.

c. 32. ad Al-

mauzasem.

*Crisne ruber, niger ore, breuis pede, lumine  
lesus.*

*Rem magnam præstat Zelle, si bonus es.*

Vnde, vt narrat Plutarchus in vita Lycur-

gi, cautum erat apud Lacedæmones, vt

filij, qui deformes, ac foedi nascerentur, Maritibus officiis obeundis addicerentur: Plutarchus in vita Lycurgi. Leuit. 21. & Deutero. 15. ne corpore deformes sacrificia sibi offerrent; & in lege noua, cum deformitas est notabilis, irregularitatem inducit, vt constat ex titulo de irregularitate. Plutarchus etiam vbi supra, rem mirabilem narrat, huic argumento valde consentaneam, quod cum Philomenon, fortissimus Rex, facietamen valde deformis, domum ingrederetur cuiusdam amici, qui illum ad prandium inuitauerat, vxor inuitantis conditionem illius nesciens, iudicans ob nimiam eius deformitatem, hominem vilem esse, præcepit, vt interim ligna cæderet, dum maritus aduenteret, cui ille obediens, dum ligna scinderet, dicebat: *meæ deformitatis penas exsoluo.* ex quibus omnibus non obscure colligitur, deformitatem, detestabile malum; pulchritudinem verò, amabile bonum, & inter præclaras naturæ dotes connumerandum esse: alioquin sacra Scriptura minimè insignes fœmiæ a pulchritudine laudasset. laudat autem Rebeccam, erat enim puella decorata nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro. De Rachele ait: erat decorata facie, & venusta aspectu. De Esther: pulchra valde, & incredibili pulchritudine, gratiosa omnium oculis, & amabilis videbatur. Et de Iudith: Considerabant faciem eius, & erat stupor in oculis eorum, quoniam eius pulchritudinem mirabantur nimis: ac tandem de filiabus Iob, inquit: non sunt inuenta mulieres speciosæ, sicut filia Iob in vniuersa terra. Atque hinc primam rationem defumo ad suadendam eximiam Virginis pulchritudinem, quia præterquam prædictæ fœminæ beatam Virginem adumbrarunt, tam in dotibus naturalibus, quam supernaturalibus, quibus insignitè fuere, certè id, quod in aliis fœminis sacra eloquia laudant, nemo sanæ mentis dicet, Virgini defuisse: quæ fœminarum omnium in omnibus, & per omnem præstantissima fuit. Secunda ratio

Plutarch.  
vbi supra

Genes. 24.

Genes. 29.

Esther. 1.

Iudith. 2.

Iob 42.

Iob 42.

42

Et: nam Aristot. 2. lib. physic. dixit: Natura est vis instaurans, similia ex similibus procreans: unde nisi natura impediatur, filius prodit similis patri, vel matri: Christus Dominus fuit pulcherrimus inter omnes, iuxta illud Davidis: *Speciosus forma præ filiis hominum*, & in eius conceptione non potuit impedimentum aliquod obesse, cum de matre absque patre, cooperante Spiritu sancto, cuius perfectissima sunt opera, conciperetur. unde Nicephorus Calixtus lib. 1. hist. cap. ult. postquam pulchritudinem Christi descripsit, cōcludit: *Per similes denique per omnia fuit dixine, & immaculata sue Genitricis*: & D. Ambr. lib. 3. de Virginibus ait: Christus matrem corpore, virtute referebat patrem; relinquitur ergo, quod si pulcher fuit filius, pulchra & mater. Tertia ratio, quia corporis pulchritudo ex optima complexione, ex optimo temperamento, & ex apta membrorum proportionem nascitur: at corpus Virginis fuit adeo bene temperatum, ut nunquam in verum, ac proprium morbum incideret, ut testantur Galatinus lib. 7. c. 10. Card. Caietanus opusculo de spatio Virginis, & fauet sexta Synodus actio. 11. dicens: corpus Virginis ab omni contagione fuisse liberum; consequens ergo est, fuisse etiam pulcherrimum. quod & ex descriptione pulchritudinis non obscure probatur, quæ tria sibi vendicat, debitam corporis quantitatem, elegantem membrorum proportionem, & coloris venustatem, quæ omnia in Virgine cōisse, & nuper dicta, & confestim dicenda abunde probant. Quarta ratio, quia castitas beatissimæ Virginis est in eo genere omni commendatione dignissima; at castitas commendabilior est in Virgine pulchra, quam in deformi, Poeta canente:

*Gratior est pulchro veniens in corpore virtus.*

à quibus verbis non dissident verba illa Sapientis: *O quam pulchra est casta generatio cum claritate* (hoc est, cum pulchritudine), *immortalis est memoria illius, quo-*

*niam apud Deum nota est, & apud homines; etenim sicut incontinentia in deformibus est vituperabilior, sic continentia in pulchris laudabilior, maximè, quod raro est pudicitia pulchritudinis comes; Ouidio dicente:*

*Est l'is cum forma magna pudicitia.*

quantò ergo rarior, tantò in Virgine fuit illustrior mira pudicitia, & formæ concordia. Atque hinc est, quod Sancti Patres vnanimi consensu docent, beatissimam Virginem singulari, ac honestissima corporis pulchritudine viguisse. Gregorius Nazianzen. homil. de Christo patiente: reliquas, ait, feminas pulchritudine superasse. Andreas Hierosolymit. vocat illam, statuam à Deo sculptam, rectè descriptam, ac eximia pulchritudinis. Riccardus Victorinus appellat eam vultu angelico tam corpore, quam mente fuisse decoratam; & addit Albertus Magnus, tantam pulchritudinem habuisse, quantam secundum naturam corpori poterat inesse. Sed excellentius omnibus hoc argumentum prosequitur D. Ioannes Damascen. orat. 1. de natiuit. Mariæ, ubi appellat Mariam Virginem, naturæ venustatem: aurea eius verba sunt hæc, quæ sequuntur: *O Deo digna filia, humana natura venusta, primigena maris. Eue correctio, mulierum ornamentum. certabant inter se secula, quodnam artu suo gloria-retur; sicut enim templum Salomonis decuit etiam materialiter, & externè aureis ornamentis, ac superbissimis calaturis adornari; ita quoque templum viuum filij Dei, in quo carnem assumpsit, decuit etiam corporeis, & carnis ornamentis, ac proportionatis partibus, sapienter delineari, ac decorari. quod si hæc gloria Esther, & Iudith communibus mulieribus collata fuit, de illa enim legitur in eius lib. c. 2. erat Esther formosa valde, & incredibili pulchritudine omnium oculis amabilis, & gratiosa videbatur. Atque iterum: Non est talis mulier super terrâ in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum: quam iam iusta ratione id Matri Dei denegari poterit? Mulier (inquit sapiens Prover. 11.) gratiosa inueniet gloriam, unquam.*

*Ouid in epi. Paridis.*

*D. Gregor. Nazianz. orat. de Christo patiente.*

*Andr. Hierosolymit. vocat illam, statuam à Deo sculptam, rectè descriptam, ac eximia pulchritudinis.*

*Riccard. Victorinus appellat eam vultu angelico tam corpore, quam mente fuisse decoratam; & addit Albertus Magnus, tantam pulchritudinem habuisse, quantam secundum naturam corpori poterat inesse.*

*Sed excellentius omnibus hoc argumentum prosequitur D. Ioannes Damascen. orat. 1. de natiuit. Mariæ, ubi appellat Mariam Virginem, naturæ venustatem: aurea eius verba sunt hæc, quæ sequuntur: O Deo digna filia, humana natura venusta, primigena maris.*

*Eue correctio, mulierum ornamentum. certabant inter se secula, quodnam artu suo gloria-retur; sicut enim templum Salomonis decuit etiam materialiter, & externè aureis ornamentis, ac superbissimis calaturis adornari; ita quoque templum viuum filij Dei, in quo carnem assumpsit, decuit etiam corporeis, & carnis ornamentis, ac proportionatis partibus, sapienter delineari, ac decorari. quod si hæc gloria Esther, & Iudith communibus mulieribus collata fuit, de illa enim legitur in eius lib. c. 2. erat Esther formosa valde, & incredibili pulchritudine omnium oculis amabilis, & gratiosa videbatur. Atque iterum: Non est talis mulier super terrâ in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum: quam iam iusta ratione id Matri Dei denegari poterit? Mulier (inquit sapiens Prover. 11.) gratiosa inueniet gloriam, unquam.*

*D. Ioan. Damasc. 3. Reg. 6.*

*Esther 2.*

*unquam.*

Esther. 2.

Eccles. 26.

Cantic. 7.

Eccles. 24.

Cant. 2. 3. 6.

Eccles. 7. 9.

Ecclesia Cathol.

Psalm. 44.

D. Epiphani.

apud Nicep.

lib. 2. c. 23.

numquid Maria que ab An-clo gratiosa nuncupata est, gloria, hoc est pulchritudo corporis, deest? Habiit Assuerus Rex puellas speciosissimas, & Ancilla Domini inuenusta eligeretur? est pulchritudo Deiparæ ornamentum Ecclesie Dei, sicut Sol, inquit Ecclesiast. c. 26. Oriens mundo in altissimis, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius, lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species facies super aetatem stabilem. Cōsonant his, quæ eruditus Bernardinus in epist. ad Sixtum IV. scripsit.

Nulla fuit tanto mulier redimita decore,  
 Quæ speciem superet Virgo Maria tuam.  
 Candidior niveo utilis regina colore,  
 Et radijs cedit clara Diana tuis.  
 Luna suum perdit tecum sociata nitorem,  
 Atque comes nullū sol tibi lumen habet.

Accedunt ad hæc loca omnia Cantic. in quibus pulchra, & pulcherrima passim à sponso vocatur, cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur, necnon & alia Ecclesie Catholicæ: Vale, d' valde decora, specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna & similia.

Iam que in speciali antiqui Patres de corporali Virginis pulchritudine, & præcipuis christiferi illius corporis partibus testata nobis reliquerūt, in medium proferamus. S. Epiphani. adamussim corpus Virginis describit, id referente Nicephoro, cuius hæc sunt verba: Morum, formæque, & statura eius modus talis, ut inquit Epiphanius, fuit: erat in rebus omnibus honesta, & grauis, pauca admodum, & aque necessaria loquens, ad audiendum facilis, & per quæ affabilis, honorem suum, & veritatem omnibus exhibens, statura mediocri, quamuis sint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem excessisse dicant: decem dicendi libertate aduersus homines omnes vsa est: sine visu, sine perturbatione, & sine iracundia maximè. Colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acerbis, subflauis, & tanquam oleæ colore pupillas in eis habens, supercilia ei erant inflexa, & decenter nigra; nasus longior, labia florida, & verborum suauitate plena, facies non rotunda, & acuta, sed aliquantū longior,

manus simul, & diuini longiores, erat denique factus omnis exeres, simplex, minimeque vultum fingens, nihil multivici secum trahens, sed humilitatem præcellentem colens. Vestimentis, quæ ipsa gestavit, coloris nativi contenta fuit, id, quod etiam nunc sanctum capitis eius velamen ostendit; ut paucis dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitus inera gratia, hæc ille. At quia Christi fidelibus pergratum est singula, quæ ad Deiparam Mariam spectant, agnoscere, ego molestè non feram, quæ magnus Dionysius Arcopagita tradit de pulchritudine, & grauitate Marianæ vultus, quem oculis suis inspexit, hic inserere. Scripsit ille epistolam quædam ad D. Paulum, ut ex multis Auctoribus illam probantibus commemorat Ferreolus de Maria Augusta: Titulus epistolæ hic est:

Servus, & nouissimus vinculus Dionysius, Electissimo vasi cælico Paulolo præceptor, & Principi salutem.

Consteor coram Deo, Princeps mi, ab hominibus non posse percipi, quàm ego oculis non tantum mentis, sed corporis vidi, perhexi, atque proprijs oculis inuitus sum Dei formens, atque supra omnes calicos Spiritus sanctissimam Matrem Christi IESU Domini nostri, quam mihi benignitas Dei, & clementia Saluatoris, & gloria maiestatis Dei formis Virginis matris eius ostendere dignata est: quoniam cum à Ioanne vertice Euangelij, & Prophetarum, qui corpore habitans, quasi sol fulget in cælo, ductus fui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis, tantus me immensus diuinus splendor circumfulsit exterius, & plenius irradiavit interius, tanta etiam in me omnium odoramentorum superabundavit fragrantia, ut nec corpus infelix, nec spiritus posset totius, ac tantæ felicitatis insignia substinere. Defecit cor meum, defecit spiritus meus, tantæ gloriæ maiestate oppressus: Testor, qui aderat in Virgine, Deum, si tua diuina doctrina non me docuisset, hanc verum Deum esse credidisset, quoniam nulla videri possit ma-

S. Dionysius apud Ferreol. lib. 5. de Maria Augusta. c. 6. Ferreolus de Maria Aug. l. 1. c. 1. Referunt idem Dionysius Richel. in elucid. de diuinitate & veneratione lib. de veneratione Saluatoris.

ior gloria beatorum, quam felicitas illa, quam  
eo infelix nunc, tunc vero felicissimus degu-  
stauit. Gratias ago summo, atque optimo Deo,  
diuinaeque Virgini, & eminentissimo Aposto-  
lo Ioanni, & Tibi Ecclesie ueritici, atque Prin-  
cipi, qui triumphanti mihi tanta clarissime, &  
& clementissime prestitisti. Vale. hæc S.  
Dionysius Arcopagita. Ex quibus maxi-  
mè fulcitur grauiliorum Doctorum  
sententia asserentium, quod sicut olim  
propter consortium Dei, & facie Moysis  
splendentes adeo radii prodibant, ut filii  
Israël in faciem eius intendere non pos-  
sent; ita in facie Virginis diuinus fulgor  
emicabat; testatur id ille alter extaticus  
Dionysius dicens: eo interior illa, ac diuina  
sinceritas luminosa euidentius in eius facie ap-  
parebat, atque (ut quidam etiam magni Do-  
ctores dicunt) uisibiliter radiabat: unde et-  
iam D. Hilarius, & Nicolaus de Lyra su-  
per cap. i. Matthæi explicantes uerba illa:  
Ioseph non cognoscebat eam, donec peperit filiū  
suum primogenitum: asserunt Iosephū præ-  
nimio Marianæ uultus fulgore in facie  
eius relucente non potuisse oculorum  
aciem in illam figere; quod idem disertis  
uerbis docuit Origenes, dum dixit: *Quam-  
diu Virgo beata habuit in suo utero solem in-  
stitit, tantus fulgor exibat de eius facie, quod  
Ioseph eam cognoscere, & discernere non ua-  
lebat, nec in eius faciem intendere poterat,  
donec eius uterus fuit euacuatus. Sed perge-  
iam aliam insignem, atque excellentio-  
rem Marianæ pulchritudinis: circumstan-  
tiam commemorare, quam multi Patres,  
& grauilissimi Doctores docent: nimirum  
pulchritudinē Virginis ea diuinitus sibi  
infusa uirtute uiguisse, ut in intuentibus  
illā, non solum libidinē, si quæ erat in il-  
lis, extingueret, sed ad castitatē seclādam  
incitaret. huius ueritatis primum testem  
produco D. Ambrosii de instit. Virg. cap.  
7. ubi ait: Tanta erat eius gratia, ut non so-  
lum in se uirginitatem seruaret, sed etiam, si  
quos inuideret, integritatis in signe ipsis confer-  
ret: sequuti sunt D. Ambrosium grauilis-  
simi alii Patres, & Doctores; siquidem  
Angelicus Doctor D. Thomas in 3. sen-*

tentiarum ait: Gratia sanctificationis non  
solum repressit in Virgine motus illicitos, sed  
etiam in aliis efficaciam habuit, ita, ut quom-  
uis esset pulchra corpore, à nullo concupisci po-  
tuerit. Contestatur idem D. Bonauentura  
dicens: quidam Indei asserunt; hoc mirum D. Bonauen-  
turi fuisse in Virgine, quod, cum esset pulcherrima, in 3. d. 3. q. 3.  
tamen à nullo unquam uero fuerit concupita,  
nec uilipendendum est hoc infidelium testi-  
monium. hæc ille. Approbat etiam & Can-  
cellarius Parisiensis Gerson: Dico, inquit, Gerson ser.  
quod phisonomia Virginis mouebat aspicientes de Concept.  
ad omnia castitatem, & luxuriosas extingue- Virg.  
bat, mortificabatque cogitationes. Similia  
scripsit celebris ille sua ætate Maior. di- Maior. super  
cens. Illam dotem omnipotens Deipara sup- c. 1. Luc.  
pediuit, ut mortalium nemo illam concupis-  
ceret. Porro ea uisa, iustis libido (ut firmi-  
ter teneo) prius extinguebatur. Similia  
tandem tradunt Alexander Alesius, Dio- Alex. Ales.  
nysius Carthusianus, & Gabriel. Atque 3. p. summe.  
Dionysius Car- Dionys. Car-  
ginem Cedro se comparasse: Quasi cedrus ihu. super e.  
exaltata sum in Libano, quia sicut cedrus 2. Cant.  
hanc insitam uirtutem habet, ut vermes Gabriel. 3.  
extinguat, ita singularis Virginis pulchri- d. 1. q. 2.  
tudo ea diuina prædita erat uirtute, ut in  
aspicientibus illam, libidinis vermes, ani-  
mæ decorem deuorantes, penitus extin-  
gueret. simili etiam ratione se contulit  
myrrha: Quasi myrrha electa dedi suauita- Ibidem.  
tem odoris: nam sicut myrrha à corruptio-  
ne præseruat, ita pulchritudo Virginis in-  
tuentium animos à libidinis contagione  
præseruabat. Hinc etiam intelligetis lo-  
cum illum Canticorum: Sicut lilium inter  
spinās, sic amica mea inter filias, perinde  
enim est, ac si dixisset: hoc interest discrimen  
inter Mariam, & reliquas uirgines  
etiam castissimas, ut Agnetem, Luciam,  
Catharinam, Agatham, & Margaritam,  
& similes alias, quod illæ sua pulchritu-  
dine, ut spinæ intuentium animos pun-  
gebant, Maria uero, uelut lilium, nemi-  
nem sua pulchritudine læsit, aut inordi-  
nati alicuius motus occasio extitit; itaque  
licet quædam aliæ Virgines nunquam  
concupierint, fuerunt tamen concupitæ;

Virgo tamen, nec concupiuit, nec fuit  
 vaquam concupita. Mirabile sanè Virgi-  
 nis priuilegium. Sancta quidè erat, Sara,  
 sancta Rebecca, & quia fuerunt concupi-  
 tæ, utriusque pulchritudo magno disceri-  
 mini exposuit earum maritos, dum Rex  
 Gherar, & Rex Palæstinorum Abimelech  
 in eorum amorem exarserunt, at Deipara  
 Maria nulli vnquam exiit sua pulchri-  
 tudine libidinis occasio, sed multis fuit  
 aduersus libidinis illecebras præsentissi-  
 mum remedium. Antiqui sanè agnosce-  
 tes, quàm dirè mortalium animos infe-  
 ster libido, multis conuiciis illam profe-  
 quuti sunt, malam bestiam vocitantes,  
 perniciosam pestem, indòmitam furiarū  
 faciem, effigiem hydriam, cui si caput vñ  
 præcideris, continuo pullulant alia, ac  
 proinde multis, ac variis remedijs illi oc-  
 currete gestierunt Aristot. seff. 4. Proble-  
 matum ait: *frigiditate pedū, libidinis calida  
 incontinentia domari; frigemque pedibus egrè  
 concumbere posse.* Plinius etiam lib. 20.  
 naturalis histor. docet; lactuca femina  
 in vino pota, libidinum imaginationes  
 in somno compescere, lib. 24. tradit: Sa-  
 licis folia contrita, & in porum missa  
 libidinis intemperantiam cohibere, immò  
 frequentem eius vsum in torum eam tol-  
 lere. Malonius. *Malonius vir eruditissimus scribit:  
 Vitis folia substrata cubilibus, eorumque fa-  
 migia vena rei impetu sedare: & ideo  
 ait, Athenienses Matronas castitatem  
 seruaturas viticis folia sibi substerne-  
 re solitas, vt testatur Plinius præcitato loco.  
 Alij etiam inquitunt, lilia alba thoro stæ-  
 ta suo odore libidinis furorem sedare,  
 turpesq; somniorū imaginationes com-  
 primere, de quibus quidam Poëtarum ce-  
 cinit:*

*Castos dant lilia somnos.*

ac tandem subdit: alij plumbeas laminas  
 lumbis superpositas libidinum faeces sua  
 frigidityte lenite tradiderunt. Andreas  
 etiam Bachus, Balnearum vsum libidi-  
 nem sedare docuit. De planta etiam, quæ  
 Agnus castus, vocatur, in puluerem reda-  
 ctæ, & in porum missa naturales histo-

riographi tradunt libidinis vim, atq; fu-  
 rorem reprimendi virtutem habere, &  
 propterea, Agnum castum, vocari. Re-  
 media deinde spiritualia aduersus libidi-  
 nem frequenter Sancti Patres tradunt: vt  
 considerationem nouissimorum, ieiunium,  
 & abstinentiam, quia *sine Cerere,  
 & Baccho friget Venus:* corporis flagella-  
 tionem, & similia. At cum intuitu pul-  
 chritudinis B. Virginis nullum remediū  
 valet comparari, cum illa non solum ad-  
 uersus luxuriæ tela firmissimum præsi-  
 dium, sed ad castitatem amandam singu-  
 lare esset incentiuum. Erat præterea exi-  
 mia Virginis pulchritudo cum tam rara  
 modestia coniuncta, vt Galatinus anti-  
 quarum rerum diligentissimus inuesti-  
 gator, lib. 7. de Arcan. dixerit: omnia Vir-  
 ginis membra, à vertice capitis ad vngues  
 vsque pedum, omnesque sensus eius, &  
 cogitationes animæ imperio absque om-  
 ni repugnantia obtemperasse, vsque ad eò  
 quidem, vt oculi eius nihil inhonesti,  
 nihil illiciti vnquam aspexerint; immò,  
 vt oculos nunquam eleuari, sicut ceteri  
 homines facere solent, sed semper, nisi  
 Deum oxaret, humi defixos tenuerit. atq;  
 inter ceteras perfectiones eo spiritu pro-  
 phetiæ donatam fuisse ait, vt si forte ali-  
 quid inconcessam, seu illicitam, vel au-  
 ditura, vel vitura esset, illico eius aures,  
 & oculi clauderentur, ita vt eius membra  
 & sensus omnes nisi voluntati diuinæ de-  
 seruire viderentur. Ex his omnibus facile  
 mihi persuadeo, beatissimam Virginem  
 pulcherrimam omnium feminatum ex-  
 titisse; sicut enim olim (id referente Ci-  
 cero ac lib. 2. de Inuentione) insignis ille  
 Pictor Zeuxis, volens in gratiam Croto-  
 niensium depingere Helenam, cuius exi-  
 miæ pulchritudinis fama erat vulgatissi-  
 ma, quinque pulcherrimas inter omnes  
 virgines taxquam spectandum exemplar  
 sibi ante oculos proposuit, vt ex lingulis  
 elegantiora seligens, in Helenæ imaginē  
 illa transferret; sic sanè Deus supremus  
 omnium Pictor non quinque formosa-  
 rum virginum doctes, sed quidquid in  
 cunctis.

Genes. 20.  
 Genes. 26.

Aristot. seff.  
 4. Proble. 5.

Plin. lib. 20.  
 cap. 7.

Plin. lib. 24.  
 cap. 9.

Malonius.

Plin. loco  
 præcitato.

And. Bachi?  
 lib. 1. de  
 Theriac. c. 2.

Galatinus  
 de Arcan.  
 lib. 7.

Cicero lib. 2.  
 de Inuentione  
 c. 1.



Sanctis creatoris pulchritudinis, & gratiae fuit, totum illud in Genitricem suam Mariam cōgessit. laudent ergo sacra eloquia eximiam pulchritudinem Iosephi, Moysis, Saulis, Ionathae, Dauidis, & Absolonis: magnificent etiam insignem venustatem Sarae, Rachelis, Dinæ, Thamaris, Noëmi, Esther, Iudith, Abigail, Berfabæ, Abisag, & Susannæ: laudent Poetæ pulchritudinem Polidori, Hyppoliti, Deiphæbi, Paridis, & Narcysii; multis encomiis extollant pulchritudinem Athlantes, cuius meminit Ovidius:

Met. 39.  
Eneid. 2.  
I. Reg. 9.  
I. Reg. 16.  
I. Reg. 17.

Ovid. 8. Metamorph.

Stat. lib. 1. de Thebayda.

*Venit Atlante Schenei pulcherrima virgo.*  
Laudibus efferant suam Atiadnæ filiam regis Minois, quam in vxorem duxisse Bacchum commentantur, extollant Argiam Adrastri regis Argiuorum natam, vt refert Stadius lib. 1. de Thebayda:

*Egregiam Argiam, nec formæ laude secundam.*

Extollant Cinthiam, de qua Propertius dixit:

*Et quascumq; tulit formosi temporis etas  
Cinthia, non illas nomen habere sinat.*

extollant Arginam, necnon & Danaen, quarum louem amore captum dicebant, vt refert Ovidius; extollant Reginam Semiramidem, ob cuius singularem, ac raram venustatem, defuncto eius viro, Persæ illâ, sicut antea, inperare permiserunt; extollant pulchram illam Aomphellam, quæ in sui amorem fortissimum Herculem, captiuum duxit; efferant Helenam Græcam, ob cuius raram pulchritudinem originem habuit bellum Troianum; extollant Europam, in cuius pulchritudinis gratiâ, & honorem dicebant, tertiam partem mundi Europam nominari; extollant Diamiram, propter quam bella gesserunt Archelaus, & Hercules; extollant Polyfenam; quæ inuincibilem Achillem suæ pulchritudinis lucidissimis armis facile superauit; extollant Lauiniam filiam Regis Latini, cuius amore captus rex Turnus per multa bella gessit cū Troiano Ænea; extollant Medulam, quæ se intuentes, vt eorum fabulæ mentiantur, immobiles,

& extaticos sua pulchritudine reddebant, extollant Pantasilcâ, in cuius vultu splendenti, velut in quodam fulgerrimo speculo integrum exercitum se intueri cōfingebant, efferant tandem ad cælum vique prophani Auctores, Romanam Lucretiam, Cleopatram, Cassandram, Penelopem, Cybalem Vestalem, Thetim, Roxanam, Virginiam, Polyfenam, Pantheam, Deilamiam, Licasten, Lesbiam, Lauiniam, & Laodamiam: harum enim omnium pulchritudinem virginis decore atque venustas longo intervallo superauit. vnde quæ mendaciter Ovidius, Galathææ pulchritudinem commedans, egregia cecinit carmina, non ementitæ, sed veracissimè Deiparæ Mariæ pulchritudini omninò congruunt.

*Candidior folio nites Galathæa ligustri,  
Floridior prauo, longa procerior vimo;  
Splendidior vireo, tenero lasciuior hædo;  
Lenior asiduo detritis æquore Conchis,  
Solibus hybernis æstiva grauior vmbra.  
Nobilior pomis, platano conspectior alta,  
Lucidior glacie, matrua dulcior vna,  
Mollior & Cygni plumis, & lacte coactis,  
Et si non fugias, vincto formosior horto.*

Hæc quàm aptè in Virginem conueniant, insigne illud, ac potentissimum miraculum aperte satis indicat, quod Siluanus Razzius commemorat ex lib. 3. miraculorum beatæ Virginis, cuius etiâ meminit Malonius. Clericus quidam Virginis Mariæ eximiam pulchritudinem intuenti ardentissimo desiderio flagrabat, in diesq; singulos, vbi sibi beneficium istud concederet, instanter deprecabatur: Virgo eius petitioni annuens Angelum ei mitrit, qui moneret, placere sibi suam illi pulchritudinem aperire, simulq; ei obtestaretur, quibus oculis pulchritudinis suæ elegantiam conspexerit, nihil vnquam aspicere aliud poterit, sed visu orbatus cæcuet. Accepit Clericus conditionem; constituta autem die, & adueniente beata Virgine, Clericus suis oculis nimis, aut callide, aut timide prospiciens, oculum vnum occludens, altero solum intuetur

Silua. Razzi.  
ex l. 3. miraculorum. B. Vir.  
Malon. super stigma. c. 14

coelestem, & poene diuinam Virginis maiestatem, & pulchritudinem, in cuius conspectu moratur, rapitur, haeret, gloriatur, ac deficit; at cum Virginis decorem longè splendidiorem agnosceret, quàm ut vno oculo conspici posset, alterum quoque oculum aperit, utroque paratus orbati oculo, modò tantæ Virginis decorem intensius semel cerneret: sed frustra, nam statim atque alterum oculum aperuit, Virgo euauit: tum is, oculo, quo beatam Virginem viderat, orbatus, maximè dolens, non quod oculum, quo beatæ Virginis decus viderat, amiserat, sed, quòd altero quoque oculo tantæ Matris eminentem pulchritudinem non cõspexisset; rursus tristari, dolere, supplex rogare, instare, ac precibus vrgeri Virginem coepit, ut iterum se alteri quoque oculo videndam concederet, paratum se altero quoque priuari oculo: non incassum fudit preces, denuò se Deipara suâ gloriam videndam pollicetur: gratias agit Clericus, diem cunstatur, quârocycus fieri rem postulat, destinata tandem die adest coelestis Regina, decus, gloriam, & puchritudinem suam aperit, fruitur interea Clericus; sed subtrahit se Virgo, & pro sua bonitate alterum quoque oculum, quo primò priuatus erat, restituit. Ecce quàm admiranda Virginis pulchritudo, pro qua semel aspicienda non dubitaret ille charissima oculorum lumina perdere. Porro, ut illis, quæ de naturali Mariani corporis pulchritudine mihi dicenda sunt, vltimâ manum imponam, obseruandam censui primo Albertum Magnum asserere, colorem Virginei vultus Deiparæ Mariæ mixtum fuisse ex candido, & rubicundo, quod sanè mihi valdè verisimile est; tum quia si, velut docuit Card. Caietanus, Virgo Maria fuit similis per omnia (quârum fas est) filio suo, certè cum ipse illo colore præditus fuerit, ut & ipsa testatur: *Dilectus meus candidus, & rubicundus*, consequens est, Virginis vultum rubore pariter, & candore perfusum: tum quia, ut testatur Galenus, corpus eueraticum ex al-

Albert. Magnus ib. de laud. Virg.

Card. Caiet.

Cantic. 5.

Galen. in te- gni.

bo, & rubeo mixtum est, corpus autem Virginis eueraticum erat, hoc est, benè complexionatum, atque optimo temperamento affectum, corpus enim album nimiam frigiditatem, nigrum nimium calorem portendit, mixtum verò ex albo, & rubicundo temperatum est. Nec pugnatè arbitror cum hac sententia, quòd Nicephorus ex Epiphani. tradat, colorem Virginis fuisse triticum; nam triticum perfectum, quale in Palaestina inueniebatur, mixturem habet candidi, & rubei.

De colore autem capillorum eius non est vna omnium sententia: quidam enim putarunt, beatam Virginem habuisse capillos aurei coloris, iuxta illud poeti-

*Femineum caput si vis formare decorum, Crinibus irruiles, nitet aureum.*

Alii docent, capillos eius fuisse rubeos, similes illis, de quibus Cantic. *Coma capitis tui, sicut purpura regis iuncta canalibus* fauetque Galenus, dum ait: cerebrum eueraticum, id est, benè dispositum, rubeos capillos sibi vendicare. fauet & Nicephorus præcitato loco, affirmans, capillos eius flauis fuisse coloris. Alii tadem affirmant, capillos Virginis nigros fuisse, sicut & capilli filii sui, de quibus ipsa ait *Coma eius, sicut elata palmarum, nigra quasi cornu: & Veronica Imago nigram barbâ, & nigros capillos refert; idque sanè ad pulchritudinem Virginis valde spectare videtur, iuxta illud Horatii:*

*Spektandum nigris oculis, nigroq; capillo,*

Facilè quidem esset in hac controuersia ferre sententiam, si capilli beatæ Virginis in colore persimiles fuissent capillis Christi Domini; cum & Lentulus Romanus, Iudaici populi Præses, in descriptione vultus Dominici asserat, *capillos habuisse coloris nucis auellanae præmature, & beata Brigitta lib. 4. suarum Reuelationum dicat: capilli eius, supercilia, & barba croceæ brunea erant; tamen quia ex diuersitate complexionis virilis, & foeminilis poterat diuersus color oriri; non enim ad pulchritudinem viri pertinet idem color capillorum.*

Niceph. lib. 2. cap. 23.

Cantic. 7.

Galen. in 9.

Niceph. lib. præcitata.

Cantic. 5.

Horat. in 10.

Lentulus, 10.

refert Ma- 10.

sign. Syn- 10.

doni impo- 10.

sa 2. 10.

B. Brigitta 10.

lib. 4. rem- 10.

capillorum 10.

pillorum, qui in femina desideratur. Quare in re dubia, vnicuique prout libuerit, licebit opinari, dummodo non dicat, quod quidam ineptè effutuerunt, habuisse capillos albi coloris, quia de Christo Domino, cui perfimilis erat Virgo, dicitur in Apocal. capillos eius candidos esse tanquam lunam albam, & tanquam niuem. hoc enim stultum est dicere: cum capillorum candor pugnet cum pulchritudine feminea, & quia capilli illi albi, quos in visione testatur se vidisse Ioannes, non referebant naturales capillos Christi Domini, sed innocentiam, & animi illius candorem. Tandem illud inter alia egregiam Virginis complexionem diuinitus ei datam non parum ostentat, odorifero scilicet corpore præditam fuisse, vt tradit

D. Dionys.  
lib. 1. de Virg.  
art. 36.  
Plutarcb.

D. Dionysius doctor extaticus, nec mihi est creditu difficile: nam Plutarchus dixit: In Aristoxeni Commentarijs legitur, Alexandri Magni membra, atque os tam suauem odorem exhalasse, vt, & in inferiores cunicæ mirabili fragrantia complerentur, cuius rei causa fortasse fuit quædam corporis temperies innato calore feruentis. Quod si Pterius Valerianus loquens de Aegyptiis, inquit: Minime mirum est, in tanto vitæ passimonia, eorum corpora (quod plerique Auctores tradunt) vel nullis odoribus delibuta, sponte auram suauolentem emisisse, odoratasque transeuntium vmbas miram inspirasse fragrantiam. quod si, inquam, id aliis humanis corporibus fuit concessum, minime credam Mariano corpori, quod Dei futurum erat habitaculum, fuisse denegatum; immo si id fieri non posset (vt multi autumant) nisi supernaturali Dei virtute, non video, cur huiusmodi odoris fragrantiam, atque suauolentiam, quam mortuis corporibus seruorum Dei concessam experimur, viuo corpori Matris Dei denegatam dicamus scio non defuisse, qui dixerint, nõ decuisse beatam Virginem odorem spirare, ne delicias, & odores amare videretur; at certè cum odor ille non esset infæta odoram, quibus prophani homines vsuantur, qui libidinis incentiua esse so-

lent, sed supernaturalis, & ab illis valde diuersus, potius ad commendationem, & bonam opinionem Virginis inuisset. Cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA VI.

Sacerrimum MARIÆ nomen multis retro temporibus pronuntiatum, & impositum, congruentissimum illi esse, tum ex Dei imponentis sapientia, tum ex mysterijs, quæ in literis, ex quibus coalescit, delitescunt, facile deprehenditur.



VAMVIS nominum significatio ex libera imponentis, & instituentis illa ad significandum voluntate dependeat, semper tamen debet, vt docet Angelicus Doctor, proprietatibus, aut muneribus ipsarum rerum correspondere: quod & prius docuerat Plato in Sophista, & Cratilo; vnde abiit in prouerbium: Nomina debent consona rebus esse: idque sibi volunt verba illa Genesis: omne, quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius: ac si diceret Moyses: ita sapienter Adam nomina imposuit rebus, vt earum naturis omnia essent congrua, atque consentanea. Hinc Adam vxorem suam appellauit Euam, quia futura erat Mater viuentium, quod est Eue significatum; ipsa etiam Eua, vt habetur Gen. 4. primum filium suum vocauit Chaim, cuius & rationem ipsa assignauit; quia possedit, inquit, hominem per Deum: secundum Abel, cõ, quod cito euanescere deberet, & luctum parere parentibus: tertium vocauit Seth: dicens: Posuit mihi Deus semen. Ibid. aliud pro Abel. Lamech vocauit filium suum Noë, quia iste, ait, consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus: Abrahami nuncupauit filium suum Isaac, quia Sara dixerat:

D. Thom. 3.  
p. 9. ar. 2.

Plato in Sophista, & Cratilo.  
Genes. 2.

Genes. 30.

Genes. 4.

Genes. 5.